570

Zempicki Debitum

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Branscensis personaliter comparens nobilis Mathias filius Valentini Olewski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque per expressum recognouit Quia Nobili Thomae olim Joannis Zempicki et in euentum mortis illius legitimis successoribus tenetur estque debitus certi veri et liquidi debiti mutuatique pecuniae octo sexagenas polon. Quamquidem summam submisit et inscripsit se eademque recognoscens suis cum legitimis successoribus eidem creditori suo sive eius posteris hinc et ab actu praesenti pro festo Sancti Martini Pontificis proxime futuro parata pecunia soluere aut circa acta officij Castren. Drohyciens. reponere et relinquere repositamque et relictam realiter ad et ab eodem officio non recipere nec modo quovis arestare aut [illegible] sub vadio simili aliarum octo sexagenarum polon. Et Coram officio Castrensi Drohyciensi in primo Citationis Termino peremptoria responsione omnibus controversijs exceptionibus allegationibus dillationibus cassationibus infirmitatibus motionibus apellationibus actione promotionum minorennitate successorum terrae? extraditione mala positione inordinata scriptione peste bello fame interregno absentia Regis a Regno incursu hostium inferius? Regni [illegible] et aggerum [illegible] legatione intra vel extra Regnum aliisque in universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam [illegible] concessibilibus se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando hac sua praesenti personali recognitione praemissis mediante.

Olędzka Moczydłowa Quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter comparens nobilis Jacobus olim Joannis Kostro? sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque per expressum recognouit Quia sibi Nobilis Swiątka? Olędzka relicta consors olim nobilis Andreae Moczydło et Nobiles Alexander Fabian? Stanislaus filij eiusdem